

QUESTIO VII.

Quare Christus Dominus venerit ad nuptias?

23. **D**ubium hoc est hinc valde frequens, quod Christus Dominus norma puritatis, maximus virginitatis amator, valde alienus à convivio, & comestationibus, ad has nuptias itet, atque convivium. Cujus rei varias ex Sanctis Patribus profertur rationes. Et primò Divus Chrysostr. homil. 20. in Ioan. *Qui non est, ait, dignatus formam servi accipere, longè minus servorum suorum nuptiis interesse: qui cum publicanis, & peccatoribus conversabatur, multò minus nuptias recusasset.* Verè similiter Divus Augustinus serm. 41. Theophylactus, & alij. Adest **J**esus nuptiis, ut quandam in exterioribus actionibus vitaret singularitatem, indicaretque communem vivendi modum cum aliis hominibus, qui ad nuptias consanguineorum, amicorumque suorum facile invitati veniunt; ac proinde Jesus in hoc quandam humilitatem præ se ferebat. Et ita Pater cum sublimavit, ut hic esset initium mirabilium suorum. Vide lib. 1. cap. 8. n. 11. & lib. 2. c. 10. n. 8. & lib. 3. n. 44.

24. **S**ecundò D. Cyrillus lib. 1. in Ioannem, c. 2. 2. *Honestus, ait, celebratis nuptiis tam mater, quam ipse cum discipulis invitatus adest, miraculis potius quod facturus erat, quam convivii gratia profectus.* Christus futurum agnoscens ad nuptias se profert ut ibi admirabile miraculum conversionis aquæ in vinum faciendi occasionem haberet quo & suam ostentaret potentiam, & hominum animos ad se converteret. Unde merito dixit D. Chryl. citatus, & Euthym. cujus sunt verba: *Accessit autem Salvator ad nuptias, non habito respectu ad suam dignitatem, sed ad hominum utilitatem.* Dominus potius nostro commo-  
modo, quam majestati suæ consulit.

25. **T**ertio D. Epiph. hæret. 7. sic habet: *Eos, qui venerandas nuptias comixerunt, Deus elegit; unumquemque in proprio ordine salvare solet, quomodo enim noverunt venerabiles nuptia, & in Deo habentes regnum celorum, cum vocatus sic ipse Salvator ad nuptias, ut nuptias benediceret.* D. Aug. tract. 9. in Ioan. sic ait: *Quid venerit ad nuptias, confirmare voluit, quod ipse eas fecerit; futuri enim erant, de quibus Apostolus 1. ad Timoth. 4. Præbentes nubere, & dicentes, quod male essent nuptia, & diabolus eas fecisset. Ut ergo hunc errorem Salvator refutaret, præsentia sua nuptias honestavit.* Similiter D. Gaud. tract. 2. in hoc Evang. Beda, D. Th. D. Bonav. & alij. Ut matrimonium in mundi exordio ab Æterno Parente institutum, ut ait Albert. Magn. approbaret, ideo Christus ad has nuptias venit.

26. **Q**uarto D. Cyrill. Alexander. citat. *Præterea: In dolore paries filius; ad mulierem propter peccatum dictum fuit: quomodo igitur aliter hac depellenda maledictio erat, ne condemnata nuptiarum sanctimonia videretur, quam Salvatoris præsentia? qui, cum sit verum gaudium, priscum nuptiarum mæorem præsentia sui depulit.* Cum ex orbis creatione mæores, atque dolores matrimonio essent additi, Christus lætitia vera, in

melius reformans omnia nuptiis adest, ut benedictione sua novam lætitiã largiens, tristitiã, atque angustiam ab eis excluderet. Quintò Severos Antiochenus, ut refertur in Catena Græca. Ad nuptias venit Christus, ut denotaretur, se de cælo ad terram descendisse nuptiarum causa ut humanam naturam hypostaticæ unionis indissolubili matrimonio sibi adjungeret.

27. **S**exto Cardinalis Petrus Damianus lib. 7. epist. 19. ad Blancam: *Hæc igitur omnia, ait, spiritualibus conferenda sunt nuptiis, ac nova sponsa diligenter aptanda. Et sicut Evangelista testatur: Vocatus est Jesus ad nuptias cum discipulis suis: sed tanquam pronubus, non ut sponsus: quasi præsumptus, non ut nupturus. Ista vero nuptia tanto illas privilegio superant, ut hic Jesus jure credatur, non amicus esse, sed sponsus: illic Jesus aquam convertit in vinum: hic idem Jesus & vinum semetipsum fecit, & cibum.* Dominus, ut quantis donis amici sui erant efficiendi, explicaret, ad has nuptias venit: nam, si in illis, quibus ut amicus astitit, tot operatus est signa, quid in spirituali matrimonio, in quo sponsus est ipse? Tunc vinum non ex aqua transmutatum, sed in sanguinem suum mirabiliter conversum, in delicias æternas præbebit.

28. **S**eptimò D. Maximus homil. 1. de Epiph. *Vadit, ait, ad nuptias veteris instituti, novam sibi perpetuo virginitatis sponsam Gentium de conversione facturum. Vadit ad nuptias, quem nuptia non creaverunt.* Ubi S. Pater duo subtiliter nobis inculcat. Et primum, quod quamvis sine materialibus nuptiis esset natus, & Virginem sibi sponsam copulari, antiqui instituti nuptias non contemnit, nec enim ob nova aspernanda sunt omnino vetera, Secundum, Dominus, dum Virginem sibi sponsam creare intendit, cum discipulis ad nuptias venit. Mira Salutaris industria nullo familiaris in schola Christi majori excitemento ad virginitatem exhortari poterant, quam matrimonij onera, atque incommoda propè, ac minutim inspiciendo: hæ enim, si bene considerentur, ad fastidium potius, & ommissionem quam ad sui amorem provocant, maximeque ad virginitatem stimulant.

29. **O**ctavò Simon Cassianus lib. 5. cap. 1. *Vocatus est, Jesus ait, aut velut pauper, aut velut novus à sponso, aut ex confidentia parentela, aut suggestionem matris factum est, quæ filij sui præsentiam ubique cupiebat.* Cum Virgo à filio suo seungi non posset, ejus monitu vocatus est & Jesus. Nonò idem Cassianus citato loco sic scripsit: *Melius divina dispositione factum esse credimus, ut Jesus, ad hujusmodi nuptias vocaretur, propter ea, quæ mirabiliter sunt secuta. Qui non justos, sed peccatores vocare venit ad penitentiam.* Cum Christus, ut ad spirituales nuptias homines vocaret, de cælo ad terram descendisset; advocatus ipse ad hoc convivium advenit, ut prius ita opere præstaret, quæ verbis erat docturus.

30. **C**ùm Deus in rubo appareret; tantæ visionis desiderio inflammatus pergat Moyses ad videntem. Cui Deus clamans ait: *Ne appropies huic, solve calceamenta de pedibus tuis.* Exod. 3. num. 5. In multas, variasque sententias Doctores fecit abire, cur Deus Moyli calceos abjicere mandaverit? Quid repugnabat, quod cum illis ad tantum locum accederet? Vocatur Moyses ad populum adhortandum, ut demissis carnalibus toto corde ad Deum appropinquaret, bene ergo Moyli mandatur

Augst. Theophyl. Singularitas vitanda.

24. Cyrill.

Chrysostr. Euthym. Christus non sine utilitati non commo suo consulit.

Augst. 2. Tim. 4. Nuptia approbatur. Gaud. Beda. D. Thom. Bonav. Alb. Magn.

26. Cyrillus.

Depellitur dolor antiquus.

Secrv.

27. Damian.

Christus fidelibus suis multa præbet.

28. Maxim.

Ob nova non est memnenda vetera.

Matrimonij opera ad virginitatem stimulant.

29. Cassian.

Christus prius fecit quæ docuit.

30. Exod. 3.

Magister prius opus ante pleat. quam doceat.

Ambros. **M**andatur, ut dimittat carnis exuvias, ac ita facile, & expeditè ad Deum accedat. Divus Ambros. lib. de Isaac, & anima cap. 4. *Moyse dicitur, ait, Solve calceamentum pedum tuorum, ut vocaturus populum ad Dei regnum, prius carnis exuvias deponeret, & nudo spiritu, vestigioque mentis incederet.* Ut Moyse tanquam bonus dox, prius opere adimpleret, quæ verbo dicturus erat: nam ut scribit Chrysostr. homil. 7. ex variis in Matth. *In doctore molesta causa est, docere, nec facere præcipere, nec observare.* Vide tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 28. & lib. 3. cap. 1. n. 33. & 34.

QUESTIO VIII. Quare Dominus ixit ad nuptias cum discipulis, non verò ad Ierusalem?

31. **D**ominus hic ad nuptias cum discipulis suis se confert: cum verò ascendit in Ierusalem, ut constat ex hoc cap. 2. Joan. num. 13. discipulorum nulla mentio fit, solus ascendit. Hoc dubium excitat, & tripliciter solvit Origenes tom. 10. in Joan. Et primò, quod ascendit etiam in illam sanctam civitatem Christum sunt comitati; nam cum Dominus eiecisset vendentes: *Recordati sum discipuli ejus, quia scriptum est: Zelus Domus tue comedit me.* Joan. 2. n. 17. Ergo ibi discipuli præsentibus erant, & cum magistro ascenderunt, nec est fundamentum, ut dicamus, quod separati sint à Domino. Et hæc mihi videtur literalis responsio. Secundò idem respondet: *Est autem, ait, Hierosolyma civitas Regis magni, ad quam nullus eorum, qui manent in terris, ascendit, nec ingreditur. Sed qualibet anima que naturalem obtinet consuetudinem, & acumen intelligibilem, ejus civitatis est incola, ad quam solus Jesus ascendisse dicitur.* Discipuli, cum essent imperfecti, ut in Christum credant, ad nuptias, quæ carnis erant opera, veniunt: non vero in Ierusalem quæ celestem patriam designabat, in quam nihil inquinatum introbit; ideoque ad illam solus Christus ascendere dicitur.

32. **T**ertio responderet idem Origenes: *Foras singulis discipulis erat Jesus Hierosolymam ascendens; quocirca non dictum est: Ascendit Jesus Hierosolymam, & discipuli ejus, Christus Dominus unus idemque est cum membris suis; ac proinde cum Christus ascendit, ibi & discipuli ejus ascendunt, nequit enim à suis disungi.* Ait Christus Dominus Nicodemo: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit filius hominis, qui est in caelo.* Joan. 3. num. 13. Sed quomodo, bone Jesu, hæc dicis: Tu solus in cælo regnabis, qui de cælo descendis? Nonne etiam ibi tui erant? Nonne est tuum verbum: *Ubi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquila?* Matth. 24. num. 28. Præclare responderet Ansbertus in cap. 1. Apocal. lib. 9. *Ibi intelligimus, ait, quod si quis membrorum ascendit non per se, sed per ipsum, & ipse capite ascendere valet; id est in D. JESU CHRISTO, qui hoc membris suis sperandum dedit promittendo.* Absque suis Dominus esse non potest, & dum ipse caelum ingreditur, illic & sui feruntur.

33. **C**ristus sibi aspera, nobis suavia reservat.

dura, & aspera parabantur; ideoque ad, illam Christus pergat solus, qui sibi tantum aspera reservavit; suavia autem, & jucunda nobis communicat. In passione sua clamans filius ad Patrem ait: *Torcular calcavi solus, & de Genibus non est vir mecum.* Isai. 63. n. 3. Cùm tamen Dominus cum suis de regno discederet, ait: *Ego dico vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut sedetis super thronos judicantes duodecim Tribus Israël.* Luc. 22. n. 29. Sed cur Dominus ad passionem, & ad mortem ita solus ducitur, ut dum comprehenderetur, inimicis suis dixerit: *Si ergo me queritis, finite eos abire.* Joan. 18. n. 8. ad regnum tamen sui consortes admittit Morti, crucisque ignominie solus occurrit; regnum autem non sibi tantum retinuit, sed in suos quoque transfudit, illius participes efficiantur. D. Bonaventura ibi: *Pater disposuit Filio, quod perveniret ad exaltationem per humilitatem; nam infra dicitur, Luc. 24. Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Et filius disponit nobis regnum, quantum ad viam, & quantum ad patriam, quòd non solum dicit, quòd ad convivium refectiois, verum & ad solium honoris, & ideo addit: Et sedetis super thronos judicantes.* Ad passionem solus ingreditur, ad regnum, & solium suos secum transfert.

QUESTIO IX.

De personis, quæ his nuptiis interfuerint: agitur de Apostolis, fratribus ac D. Joseph.

**A**nceps est questio, Quinam ex discipulis Domini in his nuptiis fuerint? Divus Chrysostr. homil. 20. in Joannem legit, *Fratres, at nostra vulgata, & Syriacus habet discipulos.* Et quamquam ibi etiam interfuerint aliqui fratres, id est, consanguinei Domini, ut affirmat Alexander Nicomedensis in Catena Græca: (nam sponsus, ut communiter creditur, Salvatoris cognatus erat;) fratres tamen à discipulis sunt distincti, ut aperte constat in hoc c. 2. Joan. num. 12. dicitur enim ibi: *Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & discipuli ejus.* Quoad nostrum intentum Divus Ambrosius Quinam discipulorum, ait, discipulos astantes in nuptiis, esse discipulos. Apostolos, quod intelligendum est, quod postea fuerunt Apostoli Divus Chrysostr. homil. 47. inter invitatos numerat Jacobum, & Judam; nec scio quo fundamento. D. Epiphanius hæret. 5. 1. ut Epiph. certum scribit, non fuisse Petrum, & Andream, dubitanter tamen proponit, discipulos illos fuisse Philippum, & Nathanaëlem, quod probabilius videtur Toletus annotat. 3. & Joan. Carthagenæ lib. 1. 1. hom. 12. & mihi etiam. Quod confirmat mosquæ, ut constat ex Joan. 1. n. 43. postquam Christus voluit in Galilæam exire, vocavit Philippum, & Nathanaëlem, & habuit cum eis sermonem; itaque sequitur hæc historia de nuptiis; ergo videtur, quod hi discipuli cum Christo essent, cum nulli alij memorent esse cum illo.

De D. Joseph hic dubitari potest, cur de eo nulla hic mentio fiat? Et tota hæc questio ab illa pendet: an adhuc vivus esset D. Cyprianus Cyprius?

Isai. 63.

Luc. 24.

Joan. 18.

Bonavent.

34. Chrysostr.

Alex. Nic.

Joan. 2.

Ambrosius

Chrysostr.

Epiph.

Toletus

Joan. 1.

35. An D. Joseph

Cyprianus

de passione Domini, tenet, Josephum, quando Christus in Cruce pendeat, inter vivos esse. Idem sentit Ambr. libr. de Insu. Vng. cap. 6. & in Luc. cap. 23. Arnold. Abb. tract. 7. de Verbis Domini ad illa verba, Ecce filius tuus; Favet D. August. serm. 1. dum scribit, Josephum Christum adorasse in sua resurrectione.

D. Epiphanius, hares. 78. credit, post duodecimum Christi annum, ac inventionem ejus cum doctoribus disputantis. S. Joseph, excessisse. Huic opinioni consentiunt Catal. lib. de Arbore vite. Vincent. serm. de S. Joseph. Baron. ann. Christi 12. Comestor. cap. 38. quamvis dubitet, an harum nuptiarum tempore Josephus vitam degeret; tamen, ut certum autumat, in passione jam e vita migrasse. D. Bernard. serm. de S. Joseph. credit diem suum obiisse ante Christi baptismum. Cedrin. gravis auctor, scribit, Josephum usque ad Christi baptismum vixisse. D. Bonav. lib. de vita Christi cap. 17. usque ad finem Christi jejunium vitam Josephi extendit. D. Isidorus lib. 4. de S. Joseph placitum quorundam refert, existimantium Josephum post Apostolorum vocationem mortuum esse.

Cum his Patribus mihi est certissimum, quod Joseph tempore passionis Christi jam esset mortuus. Hoc efficaciter convincit ratio D. Epiphani. Nam si Virginis sponsus vivus esset, dum Christus in cruce pendeat, alteri quam illi, a filio minime commendaretur. Deinde, quia vehementissimus Josephi amor, nequaquam ferret, quod ipse in consortio Virginis, & Joannis Crucis non astaret. Denique verum mihi videtur, paulo ante, vel post baptismum ante Evangelij inchoationem obiisse, cum de eo nulla fiat mentio, interuentibus ad hoc occasionebus multis, ut fit de B. Virgine, & fratribus Domini. Et ideo harum nuptiarum tempore jam mortuus erat.

QUESTIO X.

Quare ad has nuptias accesserunt discipuli?

38. Vocati sunt etiam discipuli, ut dixi in expositione: illi enim ut modesti, tantique magistri discipuli, se ad convivium non intramitterent, nisi vocati. Quare ergo invitati sunt, inquitimus. Respondeo primo. Quia nubentium amici, & forte cognati erant. Ad quod de Nathanaele asserendum, magni habemus fundamentum, erat enim ex Cana Galilaeae, ut jam dixi quast. 5. & notat Rupertus lib. 2. in Joan. Secundo Cajetan. quod ratione Jesu tanquam ipsius comites adducti sunt. Quod praclare explicat Albert. Magnus: Vocantur gratia familiaritatis Christi, nam, ut ipse ait, turpe est vocari aliquem, nisi etiam vocentur sui comites, ac familiares. Haec ratio etiam germana, & literalis.

Tertio moraliter rem explicat D. Antonius Ulyssip. serm. 2. post Epiph. Vocantur ad has nuptias Virgo, Jesus, & discipuli. In B. Virgine designabatur castitas: in Christo mansuetudo & humilitas, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, Matth. 11. num. 19. In discipulis vero

Arnold. Ambros.

August.

36. Epiph.

Catal. Vincent.

Baron. Comestor.

Bernard.

Cedrin.

Bonavent.

Isid.

37. Vera sententia.

Cajetan.

Alber. Mag.

39. Ant. Ulyssip.

Tria in matrimonio requiruntur.

obedientia. Ecce decus, & decor nuptiarum, ait S. Ant. nam in eis debet esse castitas, & inter conjuges mansuetudo, & humilitas, ne unus praesumat super alterum: Et tandem in muliere obedientia.

Quarto. Vocantur discipuli quia, ut eleganter dicit Hincmarus Remensis Archiepiscopus, opusc. 34. Hincmar. Qui honorifici venerantur Casarem, venerantur & amicos ejus. Benignus ergo amor, quo nobentes hi prosequantur Christum, ad amicos etiam, ac familiares ejus extendebatur. Quia habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam, Cant. 8. num. 13. seu, ut multi legunt ex Hebraeo, amici spectant. Et quoniam hi amici ipsius scilicet sponsae, ut explicat Ghisler. Expos. 3. cujus haec sunt verba ad sponsum, ut multi tenent & habent Septuaginta: Qui sedes in hortis. Sed quo pacto vox gratiae, & benevolentiae, quae tantum ad sponfam dirigenda erat de amicorum etiam expectatione mentionem facit: Amici spectant? Maxime, cum enim Christus Dominus dives sit in misericordia, ejus liberalitas, & favor non solum in sponfa terminabatur, verum etiam illius amicos afficiebat. Honorius Augustodun. Presbyter ibi: Amici auscultant, hoc est, Angeli per me facti tui amici & tui pacifici, cum essent amici sponsae, per id etiam cum sponso amicitiam, & benevolentiam obtinuerat, Christus Dominus affixus cruci, matris curam agens, dixit discipulo: Ecce mater tua, Joan. 19. n. 26. Quarunt ibi Chrysof. D. Bonavent. cur etiam aliarum mulierum, quae ibi juxta crucem aderant, non meminit? cur earum plium obsequium aliqua indulgentia non prosequitur? Sanctae illae mulieres arctissimo amicitiae vinculo cum Virgine annectebantur: ergo dum Virgo discipulo commendatur, ibi illa plium faminae commendatur: perfectus namque Joannis in Virginem amor, illius etiam devotos debebat attingere. Albert. Magn. In quadam historia, ait, Albert. Mag. legitur, quod ex tunc recepit eam Joannes in domum suam, & cum puellis aliis de elemosynis fidelium eam sustentavit.

Honor. Isid. Chrysof. Bonavent.

Ioannis 2. num. 3. Et deficiente vino dicit mater Jesu ad eum: vinum non habent.

VERSIONES.

Graecus. Vatabl. Cum defecisset vinum, dicit ei mater, &c. S. Gaudentius Consummatum erat vinum nuptiarum, &c. Arnobius Afer. Vinum non habebant, in annot. & idem Gaudent. D. Ambrosius in Vinum non habent, filii. Psal. 118. ad verba, tempus faciendi. & I. de Inst. Virg. cap. 5.

EXPOSITIO.

41. CUM invitati convivio adessent; Deficiente vino, Gaudentius, Titelmanus, id est cum vinum esset omnino consumptum. Melius tamen mihi dicendum cum Divo Augustino serm. 41. de tempore. Divo Thoma, Lyrano, Carthusiano, Cajet. Jansenio hic Cum vinum inciperet deficere. Hoc proprie significat verbum appositum in textu Graeco: nec enim eximia Virginis charitas rem ad extremum devenire permisit, ne invitantibus verecundia appareret, in eisque confusio esset, atque tristitia, ubi CHRISTUS JESUS summa laetitia aderat. Dicit mater Jesu ad eum, nam ut ait Albert. Magnus. Novis tempus observare mater sapientia ad interpellandum pro nobis. Et non ait Evangelista de praeterito, sed de praesenti dicit: quia ubi necessitas intervenit, ipsa pro nobis loquitur. In convivio Virgo prope Christum sedebat, ut tenet universalis scriptura Ecclesiae, & sic vini penuriam ei potuit indicare, quam ab aliquo ministrorum accepit. Ex quo patet, ut advertit Cajet. pertinuisse ad virginem sponsum, cujus erat providere de vino. Divus vero Bonavent. de vita Christi cap. 20. tenet, Virginem non accubuisse mensae, sed eorum gestisse curam, quae ad nuptias attinebat; & ideo dicit ministris, ut imperata Christi facerent: & hoc pacto facile potuit vini penuriam filio indicare.

42. Vinum non habent, Prudentissimum verbum, breviter, & compendiose totum dixit. Verbum charitatis plenum, charitas enim non querit quae sua sunt, sed quae aliorum. Non enim dixit, ut notat Divus Gaudentius tract. 1. vinum deficit eis: sed tantum vinum non habent; ut hoc verborum artificio invitantium operiret defectum. Verbum fide, & spe plenum, infinitam in filio supponebat potentiam, ut notat D. Chrysofostomus homil. 20. & D. Bonaventura hic, Theophylact. Et aliunde filium suum videbat, se jam mundo manifestare incipere: quod multis erat miraculis faciendum, eique notum ex Scriptura verbum doctrinae plenum. Dixit filio, non ut ipse sciat, qui novit universa, sed ut nos doceat, necessitatibus nostris ad Deum recurrere, qui nostro pio affectu provocatus aliquando multa largitur. Psal. 36. n. 5. Revela Domino viam tuam, & spera in eo & ipse faciet. Vel divina dispositione factum est, ut nobis fieret manifestum, Christum intervenientibus Mariae precibus nobis multa largiri. Et quod aliquando exigitur, ut ipsa petat, ad hoc ut filius annuat, ut prosequitur eleganter Goffridus Abbas serm. 8. Verbum modestiae, obedientiae, & gratitudinis plenum, ut patebit ex quast. 13. & 14. Sunt aliqui moraliter dicentes, Virginem in hoc verbo propulsari desiderio bibendi poculum sanguinis Christi, ut innuit Irenaeus lib. 3. cap. 18.

In necessitatibus ad Deum recurrendum. Psal. 36. Goffridus. Idem.

43. Praesenti quaestione respondent primo Albert. Magnus, Carthusian, Hugo, Cajet.

QUESTIO XI.

Quare in his nuptiis vini penuria intervenit? Praesenti quaestione respondent primo Albert. Magnus, Carthusian, Hugo, Cajet.

44. Quia apud Judaeos defecerat gratia spiritalis, de Cyprian fecerat

quod ex invitantium paupertate proveniret hic defectus: non enim intemperantia convivantium hoc praestitit, nam ubi aderat Christus totius moderationis norma, omnis immoderatio abierat. Neque hoc causavit invitantium imprudentia, quod plures, quam pascere possent, adduxerint, cum essent adeo prudentes, ut Christum vocaverint. Sed cum essent pauperes, quae pro viribus suis potuere, praepararunt, amicos omnes, & cognatos invitarunt, eligentes potius ex convivij penuria in verecundiam incidere, quam alicui amicorum injuriam facere. Vel Tolet. die cum Toletio, quod forte plures personae convivio supervenerent, ut saepe saepius fit, quam expectabantur. Et ita ait Rupert. lib. 2. in Joan. quod cum Christus, & discipuli ejus illa die venerint Canam, vocati sunt, cum jam nuptiae fierent.

Tertio distribuebatur vinum forsitan per ministros parum providos, & infideles. Et quando in ministris infidelitas viger, nulla rerum abundantia, nulla Domini providentia sufficit. Quod elegantissime dixit Sixtus Senens. tom. 6. Biblioth. Caelestis perspicacitas Principis quando in dispensatore regnat avaritia. Deus, ut populum suum per desertum aleret, ei manna caelestem panem dedit; & ait Moyses, Haec est sermo, quem praecepit Dominus: Colligat unusquisque ex eo, quantum sufficit ad vescendum. Exod. 16. n. 16. Sed hic panis Angelorum manibus fiebat, Ps. 77. n. 24. & caeli libentissime distillabant: cur igitur non in ea aestimatione, ac veneratione erat, ut per ministrorum manus distribueretur, sed mandatur ut unusquisque quantum sibi fuerit necessarium sumat. Moraliter dicam. Nulla Angelorum solertia, nulla caeli fat esset magnifica diffusio, si manna per ministrorum manus communicaretur: ut ergo nulli deficiat, & omnibus sit satis sumat unusquisque, minister sit nullus: nam, ut ait Salvianus lib. 4. de providentia, de ministris regalibus loquens. Nemo itaque tuus horum est nec ullus admodum praeter summos a vastatione latronum populi immunis, nisi qui ipsis latronibus par est in hac condicione.

QUESTIO XII.

Quare hic vini potius, quam aliarum rerum defectus accidat?

45. Hujus rei litteralem nullam invenio rationem, nisi dicamus, quod in illis partibus vinum valde carum, & in magno pretio esset, & sic a pauperibus in magna copia haberi non valuit. Ad sensus morales confugiunt omnes Patres. Et responderet primo D. Aug. apud Gloss. In nuptiis, ait, vinum defecit, quia sensus legis per carnalem expositionem Pharisaeorum a sua prisca virtute ceperat deficere. Vinum significat veramentem, & intelligentiam legis quae laetificat cor hominis, & quia hujusmodi recesserat a Judaeis per multiplicem interpretationem suis depravatis commoditatibus convenientem, ideo legis abrogatio vide cap. 11. n. 166. 167. & 168.

Secundo Divus Cyprianus epist. 63. ita scribit, Quia apud Judaeos defecerat gratia spiritalis, de Cyprian fecerat

Cajet.

Injuria amico non est faciend.

Tolet.

Rupert.

44. Si minister est infidelis, nulla providentia sufficit in Rege. Sixt. Senens.

Exod. 16.

Psal. 77.

Nulla sufficit abundantia, adeo infidelis.

Salvian.

45.

August.

Multiplex interpretatio

46.

de Cyprian fecerat